

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0139

LOG Titel: XXXII. Erice florens

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

diem, ubi metamorphosin subibant : primam itaque conversam in aureliam secunda deglutiit, usquedùm unica tantummodo superstes relicta fuerit, quæ tertiâ die Julii in phalænam cineream immutata fuit.

XXXII. *Erice florens.*

HAcce herbâ in campis aridis progerminante tanquam pabulo vescuntur hæ erucæ; quæ decimâ quintâ, sextâ, & septimâ Augusti sese intexentes, decima sextâ, septima & octavâ dicti mensis anni subsequenter in duplicis hujusmodi generis phalænullas, masculos nimirum atque femellas, immutatæ fuerunt.

Erucula media nigricans auriaco colore maculata pariter hac herbâ nutrita fuit, in Junii diem usquè trigesimam, ubi telâ suâ herbæ huic affixâ nigram in aureliam immutabatur vigesimâ sextâ Julii hujusmodi, lineis cinereis virgata phalænulla inde producta fuit.

Formosâ hæc variegata eruca hac herbâ, quemadmodùm etiam millefolio unâ vescebatur, in gradiendo celerrima; vigesimâ secundâ Junii duram admodùm texturam conficere incepit, in quâ mutabatur in aureliam, quæ tacta sæpè numero invertebatur, tandemque profus exaruit; insuper ego duram illam texturam aperui, & in eâ, quod hic cernitur, inveni, hoc quemadmodùm in germaniâ, ita pariter Amstelodami observavi.

XXXIII. *Trifolium & Carex.*

Vermis hicce terrei coloris trifolio insidens lumbricus à popularibus appellatur; rura pascua notabiliter destruit, herbæ radicem exedens; vigesimâ nonâ die Maii in aureliam, qualis sub sub verme cernitur, immutabatur, unde vigesimâ quintâ Junii hujusmodi, quale super flore cernitur, animal prorupit; terræ semen suum inserit, ac, uti populares asserunt, tribus ad minimum annis pro subeundâ metaphose indiget.

Elegantis flauæ, rubræque erucæ carex pabulum fuit in primam usque diem Augusti, ubi telâ albicante confectâ nigram in aureliam immutabatur, dicimâ quintâ Augusti albicans

H

hu-